

NICOLAI COPERNICI
TORINENSIS
DE REVOLUTIONIBUS ORBIUM CÆLESTIUM,
Libri VI.


AD SANCTISSIMUM DOMINUM PAULUM III.
PONTIFICEM MAXIMUM,
Nicolai Copernici Præfatio in libros Revolutionum.

[...] Ac mihi quidem uidentur id fecisse: non ut quidam arbitrantur ex quadam inuidia communicandarum doctrinarum, Sed ne res pulcherrimæ, & multo studio magnorum uirorum inuestigatæ, ab illis contemnerentur, quos aut piget ullis literis bonam operam impendere, nisi quæstuosis, aut si exhortationibus & exemplo aliorum ad liberale studium philosophiæ excitentur, tamen propter stupiditatem ingenij inter philosophos, tanquam fuci inter apes uersantur.

[...] Quare hanc mihi operam sumpsi, ut omnium philosophorum, quos habere possem, libros relegerem, indagaturus, an ne ullus unquam opinatus esset, alios esse motus sphaerarum mundi, quàm illi ponerent, qui in scholis Mathemata profiterentur. Ac reperi quidem apud Ciceronem primum, Nicetum sensisse terram moueri. Postea & apud Plutarchum inueni quosdam alios in ea fuisse opinione, cuius uerba, ut sint omnibus obuia, placuit hic ascribere: Οἱ μὲν ἄλλοι μένειν τὴν γῆν, φιλόλαος δὲ Πυθαγόρειος κύκλῳ περιφέρεσθαι περὶ τὸ πῦρ κατακυκλοῦ λοξοῦ ὁμοιοτροπῶς ἡλίῳ καὶ σελήνῃ. Ἡρακλείδης ὁ ποντικός καὶ ἔκφαντος ὁ Πυθαγόρειος κινουσί μὲν τὴν γῆν οὐ μὴν γε μεταβατικῶς, τροχοῦ δίκην ἐνζωνισμένην ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολᾶς, περὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς κέντρον. [...]

LIBER PRIMUS
Cap. X.

[...] Prima & suprema omnium, est stellarum fixarum sphaera, seipsam & omnia continens: ideoque immobilis. nempe uniuersi locus, ad quem motus & positio caeterorum omnium syderum conferatur. Nam quòd aliquo modo illam etiam mutari existimant aliqui: nos aliam, cur ita appareat, in deductione motus terrestris assignabimus causam. Sequitur errantium primus Saturnus, qui XXX. anno suum complet circuitum. Post hunc Iupiter duodecennali revolutione mobilis. Deinde Mars, qui biennio circuit. Quartum in ordine annua reuolutio locum obtinet, net, in quo terram cum orbe lunari tanquam epicyclo contineri diximus. Quinto loco Venus nono mensè reducitur. Sextum denique locum Mercurius tenet, octuaginta dierum spacio circumcurrens. In medio uero omnium residet Sol. Quis enim in hoc



pulcherimo templo lampadem hanc in alio uel meliori loco poneret, quàm unde totum simul possit illuminare? Siquidem non inepte quidam lucernam mundi, alij mentem, alij rectorem uocant. Trimegistus uisibilem Deum, Sophoclis Electra intuentem omnia. Ita profecto tanquam in folio regali Sol residens circum agentem gubernat Afrorum familiam. Tellus quoque minime fraudatur lunari ministerio, sed ut Aristoteles de animalibus ait, maximam Luna cum terra cognitionem habet. Concipit interea à Sole terra, et impregnatur annuo partu. Inuenimus igitur sub hac ordinatione admirandam mundi symmetriam, ac certum harmoniae nexum motus & magnitudinis orbium: qualis alio modo reperiri non potest. [...]

MIKOŁAJA KOPERNIKA
TORUŃCZYKA
O OBROTACH SFER NIEBIESKICH,
Książ sześć.

DO ŚWIĄTOBLIWEGO PANA, WIELKIEGO PAPIEŻA PAWŁA III
PRZEDMOWA DO KSIĄG O OBROTACH
MIKOŁAJA KOPERNIKA

[...] Tymczasem wydaje mi się, iż uczynili to zaiste nie, jak sądzą niektórzy, z jakiejś niechęci do objawiania wiedzy. Uczynili to po to, by rzeczy bardzo piękne i zbadane z wielką pasją wybitnych mężów nie były potępione przez tych, których niezadowolenie budzi poświęcenie uwagi jakiejś wiedzy, o ile nie jest opłacalna. Lub, jeśli nawet zachętą i przykładem innych byłoby skłonieni do niezależnego umiłowania nauki, to jednak przez głupotę umysłu obracaliby się pośród uczonych niczym trutnie między pszczołami.

[...] Przeto wziąłem na siebie ten trud, by dzieła wszystkich filozofów, jakie mógłbym znać, przeczytać ponownie z zamiarem zbadania, czy kiedykolwiek ktoś domniemywał, że istnieją jeszcze inne ruchy sfer wszechświata niż te, które przedstawili wykładający w szkołach zagadnienia matematyczne. Tymczasem u Cycerona odkryłem, że Niketas jako pierwszy uznał, że Ziemia się porusza. Następnie także u Plutarcha znalazłem, że istnieli jacyś inni uczeni mający podobne mniemanie. Jego słowa postanawiam tutaj przytoczyć, by były dla wszystkich jasne: „Jedni twierdzą, że ziemia pozostaje w miejscu. Filolaos pitagorejczyk zaś sądzi, że obraca się ona wokół ognia po pochyłym okręgu, podobnie jak Słońce i Księżyc. Natomiast Herakleides Pontyjszyk i pitagorejczyk Ekfantos poruszają Ziemię. Ruch ten ma zaiste charakter nie postępowy, lecz obrotowy, według zasady koła osiowego, od wschodu do zachodu wokół własnego środka”. [...]

KSIĘGA PIERWSZA

Rozdział dziesiąty.

[...] Pierwsza i najwyższa we Wszechświecie jest sfera gwiazd stałych zawierająca samą siebie i wszystkie inne rzeczy, dlatego nieruchoma. Jest ona miejscem we Wszechświecie, do którego są odnoszone: ruch i położenie wszystkich innych ciał niebieskich. Niejedni sądzą, że owa sfera podlega niewielkim zmianom dlatego my będziemy określać odmiennie. Bo przecież wynikałoby to z rozumowania o ruchu ziemskim. Jako pierwszy z gwiazd błądzących następuje Saturn, który w czasie trzydziestu lat własny obieg ukańcza. Następnie zaś usytuowany jest ruchomy Jowisz o obiegu dwunastoletnim. Potem Mars, który okrąży Słońce w przeciągu dwóch lat. Czwarte z kolei miejsce zajmuje sfera o rocznym obiegu, na której, tak jak powiedzieliśmy, Ziemia jest obejmowana sferą księżycową jakoby epicyklem. Na piątym miejscu Wenus, która powraca do pierwotnego położenia w ciągu dziewięciu miesięcy. Wreszcie szóste miejsce dźrzy Merkury pokonując swoją drogę w 80 dni. W samym środku wszystkich sfer znajduje się Słońce. Któż bowiem przemieściłby jego pochodnię gdzie indziej, ku lepszemu miejscu? Któż bowiem



przemieściłby ją z tej najpiękniejszej świątyni, skąd naraz całość może ona oświetlać, skoro niektórzy stosownie zowią ją lampą wszechświata, inni sercem, inni władcą. Natomiast Trimegistus widzialnym Bogiem, a sofoklesowa Elektra wszystko oglądającym. W ten sposób, zaiste, Słońce zasiadające jakoby na tronie królewskim rządzi obracającą się rodziną gwiazd. Ziemia także, wcale nie sprzeniewierza się służbie księżycowej. Jak mówi Arystoteles w dziele „O zwierzętach”, Księżyc posiada największe podobieństwo z Ziemią. Ziemia tymczasem poczyna za sprawą Słońca i staje się brzemienna w corocznym porodzie. Ustalamy zatem w obliczu tego porządku godną podziwu, nieskazitelną proporcję i określony związek porządku ruchu i wielkości sfer, który w inny sposób nie może być odkryty. [...]

Norymberga, u Johanna Petreiusa,
Roku 1543.